

Ad hunc modum: τοις πάθεσι ἀπολόγησθε ὡς ματῶς καὶ ἀνορθῶς ἀκρίβηται, ὅπερ τὸ τίλ' ἐστὶν ὁ γυῶσις, ἀπὸ πρᾶξις: obsecro quantò rectiùs de Christiana hoc dicendum est pietate & sapientia, quòd finis illius non sit scientia, sed praxis: & auditores illius cum fructu esse non possint, qui carnalibus sunt affectibus obnoxij?

2. Deinde obserua, quòd non simpliciter dicit, Intellectus: sed, Intellectus bonus est omnibus facientibus ea. Innuitur, duplicem esse intellectum: bonum, & non bonum. Bonum, quo quòd scitur esse rectum & bonum, opere perficitur. Is intellectus propterea bonus vocatur, quòd utilis est, & ad salutis consequentiam accommodus. Non bonum, quo in sola & nuda scientia conquiescitur: & quòd scitur rectum, ad operis effectum nò perducitur. Hic intellectus bonus non est, quia inutilis est, & ad fructum veræ scientiæ non pertingit. Etenim quæ fuerit utilitas, si scias quidem timendum esse Deum, non timeas autem Deum: si scias illi credendum esse in omnibus, non credas autem: si non ignores, discedendum à malo, non discedas autem: adhærendum bono, non adhæreas verò? Quis dicit eum bono esse intellectu præditum, qui cum sit tuendæ sanitatis suæ gnarus, non tueatur eam: sed prorsus negligat, imò perdat etiam? ergo in causa pietatis ac religionis nostræ illi demum bono sunt intellectu præditi, qui quòd credendum esse norunt, credunt: sperandum, sperant: diligendum, diligunt: faciendum faciunt. Alioqui qui secus faciunt, non solum inutilem habent, sed & noxium intellectum, etiam si omnia mysteria Dei ad vnguem teneant. Nam seruus sciens, & non faciens, vapulabit plurimum.

3. Tertiò, & voculam vniuersalem obserua. Non excludit quenquam Spiritus sanctus. Omnibus facientibus ea, quæ diuinitus statuuntur, quicumq; sint tandem, bonum: id est, vtilem ac salubrem tribuit ea. Intellectum. Sic Petrus ad Cornelium dicebat: In veritate comperi, non esse Deum acceptorem personarum: sed acceptum illi esse in quauis gente, quisquis ipsum timet, & quòd iustum est operatur.

Laus eius permanet in sempiternum.] Obseruent hanc conclusionem de vera laude & gloria, quicumq; laudis & gloriæ studio tenentur. Laus veræ sapientiæ, veræ ac boni intellectus licet in hoc seculo nulla sit, est tamen coram Deo & omnibus electis, tam spiritibus quàm hominibus: & non temporaria, vt esse solet mundana filiorum huius seculi, sed prorsus æterna. Si æterna est, utiq; & illi nò solum sunt æterni, sed & gloriosi, adeoque & felices, quicumq; illius sunt participes. Rectè ergo id Vates in calce Psalmi posuit, quòd quasi coronis est veræ pietatis, & omnibus electis ac timentibus Dei reseruatur.

Omnibus facientibus ea. Laus veræ sapientiæ æterna est.

PSALMVS CXII.

ARGVMENTVM PSALMI.

Precedenti Psalmo opera, statuta, & fœdus Dei cū Israëlè initum, ad hoc celebravit Propheta, vt populum ad timorē & obseruantiam diuina maiestatis prouocaret. iam hoc presenti eodem proposito encomia eorū qui Deum verè timent & colunt, subiicit, & planè eadem ratione Psalmum hunc, quæ precedentē, sic cōposuit, vt alphabetaria versuum & hemistichiorū serie memoria cantantiū succurreret. Halleluiah.

**B**EATVS vir, qui timet Dominū: & qui mādati eius delectatur plurimū. VERS. I.

- 2. & Potens erit in terra semen eius: & generatio rectorū benedicetur.
- 3. & Opes & diuitia in domo eius: & iustitia eius manet in æternum.
- 4. & Producit in tenebris lumē rectis: & clemēs & misericors & iustus.
- 5. & Bonus ille vir est qui miseretur & mutuò dat: & disponit verba sua cū iudicio.
- 6. & Quoniam in seculum non mouebitur: & in memoria æterna erit iustus.
- 7. & Ab auditione mali non metuet sibi: & paratum est cor eius, fiduciam habens in Domino.
- 8. & Confirmatum est cor eius, nō timebit: & donec videat in hostibus suis (ultionē.)
- 9. & Distribuit, dat egenis: & iustitia eius manet in sempiternum: & cornu eius exaltabitur in gloria.
- 10. & Impius videbit, ac molestè feret: & dentibus frendet & tabescet: & desiderium impiorum peribit.

Qui mandatis eius delectatur plurimum.] Qui, non est in Ebræo: sed rectè repeti videtur, ppter lectio- nis perspicuitatem, Græcus habet: In mandatis eius vult valde. Vulgata Lat. Vult nimis. Sic & Hieron. & Iustin. Pagninus: Mandata eius vult valde. Felix: In mandatis eius cupit nimis. Camp. sic: In mandatis illius inueniet, quibus oblectare se poterit mirificè.

Opes & diuitia.] Ebr. רַעַי וְעוֹשֵׂי. Græcus interpres videtur pro רַעַי, legisse, רַעַי. Reddidit enim, ἀόξα καὶ πλούσιος: id est, Gloria & diuitia. Sic & vulg. Lat. Hieron. & Iustin. habent: Substantia & diuitia. Felix: Vbertas & diuitia.

Producit.] Ebraicè פָּרַח. Græc. & vulg. Lat. Exortum est. Iustinianus: Resplenduit. Campensis: Exorietur. Visum est autem vertere in significato actiuo, propter particulam posteriorem huius versus, qua dicit Vates: Clemens, misericors, & iustus. Et Kimhi Ebræus annotat פָּרַח hoc loco esse פָּעַל יָרַח: id est, verbum transitiuum.

efim quandam... aluit dicere: Senti... us, ac redemptio... i ad audium non... ille ipsi regi pre... ri declarationem... mus, & genua fle... ma cum reueren... menderat à Spi... tit, & rationis hu... ctibus repurgati... que sedem habet... pes, timor, & illa... si diuinitatis cuius... sed eritis sicuti... nobis hinc à Spiritu... rigeram, abduci... enter notandū est... Dei, & non magi... illum cognoscit... scientiæ Dei. Tu... rei exempla nimis... sunt ista: & tamen... tiam Dei non ex... licet, obseruanti... uino munere pra... timo compendio... st, & optimus, in... oientia filij est, non... a paternorum re... at, illiusq; volun... anc sapientiam filij... sulit, dum id est... ecessitatibus con... e salutis suæ rectis... e à Deo patre pe... culi, quæ in hinc... ij quidam scientis... virtute ac bona... pere videantur...